

[AccueilRevenir à l'accueilCollectionMythologiae libri decem, Venise, Segno della Fontana, 1567CollectionMythologia, Venise, 1567 - Livre VIItemMythologia, Venise, 1567 - V, 16 : De Adoni](#)

Mythologia, Venise, 1567 - V, 16 : De Adoni

Auteur(s) : Conti, Natale

```
","author_name_items":"Auteur(s)","author_size_items":"16px","title_size_items":"16px"}}, new UV.URLDataProvider()); /* uvElement.on("created", function(obj) { console.log('parsed metadata', uvElement.extension.helper.manifest.getMetadata()); console.log('raw jsonld', uvElement.extension.helper.manifest.__jsonld); }); */ }, false);
```

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[58\] : De Adoni](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre V

[Mythologia, Francfort, 1581 - V, 16 : De Adoni](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre V

[Mythologie, Paris, 1627 - V, 17 : D'Adonis](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre V

[Mythologie, Lyon, 1612 - V, 16 : D'Adonis](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Adonis Priapi pater Myrrhae filius fuit & Thiantis, quae cum in furiosum patris amorem incidisset, clam cum eo congressa hunc concepit; ac patre id postea sentiente Deos precata est, ut in aliam formam, quae neq; inter mortuos esset, neq; inter vivos, mutaretur; quare in arborem sui nominis fuit conuersa, ut testatur Lycophron in his;

Ἔφαται δὲ Πάριος
Μύρρον ἱερμεῖα κ' ἔσσι, τῆς πατρ' ἔσσης
Ὡδίων ἔφ' ἔλασι δὲ πρὸς ἄδωνι κλάδου.

10

Myrrhae cernet is
Tutam misellae ciuitatem: nam dolor
Vt fama ramo est huic opertus arboris.

Ouid. lib. 10. Metamor. non ex Thiante, sed ex Cinyra patre, qui Rex fuit Cypriorum, Myrrham Adonim concepit scribit, quod multis versibus complexus fuit. hunc Naiades nutriuere susceptum, ut est in his;

Reddit onus, vagitque puer: quem mollibus herbis
Naiades impositum lacrymis vixere parentis.

Fuerunt autem duo Adones alter in Biblio ciuitate natus, alter in Cypro ut ait Isacius, cum tamen res amborum gestae ad vnum Cyprium referantur. comigitur Myrrha in arborem mutaretur, filiumque eximia pulchritudinis peperisset, iam tum eius amore capta est Venus, qui cum adoleuisset monitus est a Venere ut feras immiciores caueret, eumque venando sequebatur, & precabatur Venus, ut ab armatis feris abstineret, ut in his ait Ouid. lib. x.

20

Per iuga, per sylvas, dumosaque saxa vagatur,
Nuda genu, vestem ritu succincta Dianae.
Hortaturque canes: tutaeque animalia praedae,
Aut pronas lepores, aut celsum in cornua taurum,
Aut agitat damas: a fortibus abstinet apris.
Raptoresque lupos, armatosque vnguibus vrsos
Vitat; & armenti saturatos caede leones.
Te quoque ut hos timeas, si quid prodesse monendo
Posset, Adoni monet: fortisque fugacibus esto
Inquit: in audaces non est audacia tutae.

30

Veruntamen cum ille immemor mandatorum Veneris in aprum violentum postea erruisset, ab illo in femore percussus interiit, ut testatur Theocritus in Epithaphio Adonis;

ἄντα καλῶς ἔδωκε δ' ἄπρη, μὲν δὲ ἔδωκε
Λιουφ' Ἀδωνὶ ἔδωκε τυχεῖ.

Dente femur niueo niueus iacet ictus Adonis
Montibus in summis.

40

Scriptum reliquit Sappho Adonim mortuum fuisse a Venere inter lactucas depositum. fama est praeterea Venerem pactam esse cum Proserpina ut sex menses mortuus Adonis esset apud Proserpinam, sed ea lege ne illum Proserpina in thorum, aut in amplexum acciperet: alios sex menses esset apud Venerem. Fuere tamen qui dixerint non ipsum quidem Adonim in aprum irruisse, sed ab apru impetum factum fuisse in Adonim, & id Martis consilio contigisse. Nam cum Mars Venerem, Venus Adonim amaret & sequeretur,

Si tur,

Theocriti enarrator, λέγουσι δὲ περὶ τοῦ Ἀδωνιδος, ὅτι καὶ ἀποθανὼν, ἔξ μηνος ἐπιήρεια ἐν ταῖς ἀρούρασι τοῦ ἀφροδίτης ἄστρος, καὶ ἐν ταῖς ἀρούρασι τοῦ πρηνέρονος ἰκτὺ τοῦ ἀφροδίτης, ταῦτά τ' ἐστὶν ἄλλα. ἐν τῇ ἀδωνί, ἔργον ἔστιν ἀφροδίτης ἢ μηνος ἐν τῇ πρηνέρονος ἰκτὺ τοῦ ἀφροδίτης, καὶ ἔξ μηνος ἔχον ἀφροδίτην ἀφροδίτην, τινεῖς δὲ, ἢ ἀφροδίτην τοῦ ἀφροδίτης, καὶ ἔκτετα λαμβάνουσι αὐτὴν ἢ ἀφροδίτην. Aiunt enim de Adonide quod mortuus sex menses moratus est in complexu Veneris, quot etiam apud Proserpinam . Hoc re ipsa ita se habet; quod Adonis frumentum est satum, quod sex menses degit sub terra; sex menses illum habet Venus, aeris temperies scilicet, ex quo illum messorum colligere ceperunt. Sensit tamen Orpheus in hymno in Adonim illum esse solem, cum illum rebus omnibus præbere nutrimentum, & esse germinandi autorem dixerit, in his;

10

Ἐὐφροῦναι, πολέμοισι, τροφὴν ἀφροδίτης ἀφροδίτης.
 ἀφροδίτης, καὶ ἀφροδίτης, ἐν πρηνέρονος ἰκτὺ ἀφροδίτης.
 Ἐφροδίτην μοι, λάμπουσι καλὰς ἐν κοκκίονος ἄστρον.

Qui cunctis alimenta refert, prudentia cuius
 Plurima; qui vario lætatis nomine Adoni.
 Germinum & idem autor, pariter puer atque puella:
 Extincte, atque iterum splendens labentibus horis.

Finxerunt antiqui, qui Adonim solem esse putarunt, illum ab apro hirsuta & aspera fera idum, quia aspera sit & hirsuta hyems, per quam solis vires paulatim deficiunt. ea res est omnino Veneri inimica, quoniam per aeris temperiem viget Venus, cum frigus, ut inimicum, naturæ opus non ingrediat. cum sol igitur in signis sex Australibus extiterit per signiferum incedens, breuiioresque sunt dies ac longiores noctes, tum dicitur Adonis apud inferos morari: cum vero signa borealia longiores dies fecerint, tunc est apud Venerem, per quem omnis venustas, omnisque nitor aruis restituitur. ea de causa illum ait Orpheus modo esse apud superos, modo apud inferos;

10

Ὅστι μοι καὶ κατὰ τὰ φροδίτην ἰκτὺ ἀφροδίτης,
 ἐν πρηνέρονος ἰκτὺ ἀφροδίτης ἀφροδίτης ἀφροδίτης.

Qui modo sub terris habitas, & tartara nigra.
 Frugiferumque refert in cœlum corpus & idem.

30

Ita enim sub his fabularum sigmentis vniuersas prope res naturæ antiqui declararunt, non minus quam Platonici aut Peripatetici: nam si contentiones ex Aristotelis libris eximantur, per breues erunt sententiæ, quæ nunc magnis voluminibus continentur. at nunc de Sole dicamus.

De Sole. Cap. XVII.

Solem, quem generationis, & omnium prope bonorum autorem Deo ita si iubente habemus, nonnulli ita fabulis implicarunt, ut vix tandem se explicare aliquando possit. Hunc genitum esse plerique crediderunt; neque tamen è quibus parentibus inter se consentiunt. at enim de vna re eodem modo vna est necessaria oratio, neque contrariæ de eadem re simul veræ esse vnquam possunt. nemo sanè nasci potest è pluribus parentibus, ut neque ex eodem diuersis temporibus. Hesiodus igitur in Theogonia Thiam Solis, & Lunæ & Auroræ matrem, patrem Hyperionem fuisse in his scribit;

40

Ὅστι δ' ἡλιότην μοι γὰρ, ἀφροδίτην ἰκτὺ ἀφροδίτης,
 ἀφροδίτης, ἢ πρηνέρονος ἰκτὺ ἀφροδίτης φροδίτης,

S f a Δ' ἡλιότην